

**Question 3** (20 marks)

Answer Question 3 in your writing booklet. Read the extracts, then answer the questions that follow. Use the extracts and your knowledge of the text in your answers.

- (a) Omnes *hanc quaestionem te praetore manifestis maleficiis cotidianoque sanguine* dignissimam sperant futuram. Qua vociferatione in ceteris iudiciis accusatores uti consueverunt, ea nos hoc tempore utimur, qui causam dicimus. Petimus abs te, M. Fanni, a vobisque, iudices, ut quam acerrime maleficia vindicetis, ut quam fortissime hominibus audacissimis resistatis, ut hoc cogitetis, nisi in hac causa, qui vester animus sit, ostendetis, eo prorumpere hominum cupiditatem et scelus et audaciam, ut non modo clam, verum etiam hic in foro, ante tribunal tuum, M. Fanni, ante pedes vestros, iudices, inter ipsa subsellia caedes futurae sint. (11–12)
- (i) *hanc quaestionem*: What is the proper Latin title of this court? **1**
- (ii) *te praetore*:
- 1 To whom does *te* refer? **1**
- 2 What was that person's role in this trial? **1**
- (iii) *manifestis maleficiis cotidianoque sanguine*: To what recent events is Cicero referring? **2**
- (iv) In this extract, how does Cicero seek to convince the jurors of the importance of their task? **5**

**Question 3 continues on page 8**

## Question 3 (continued)

(b) Patrem occidit Sex. Roscius. ‘Qui homo? adolescentulus corruptus et ab hominibus nequam inductus?’ Annos natus maior quadraginta. ‘Vetus videlicet sicarius, homo audax et saepe in caede versatus?’ At hoc ab accusatore ne dici quidem audistis. ‘Luxuries igitur hominem nimirum et aeris alieni magnitudo et indomitae animi cupiditates ad hoc scelus impulerunt?’ De luxuria purgavit Erucius, cum dixit hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuisse; nihil autem umquam debuit. Cupiditates porro quae possunt esse in eo, qui, ut ipse accusator obiecit, ruri semper habitavit et in agro colendo vixerit? quae vita maxime diiuncta a cupiditate et cum *officio* coniuncta est. (39)

- (i) Explain what Cicero means by *officium* in this passage. **2**
- (ii) Using this extract as a focus, analyse the function of character portrayal in the defence of Sextus Roscius. **8**

**End of Question 3**